Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



nias commendo spiritum meum. Et hi
dicens expirauit. Videns autem
centurio quod factum erat glorifi
cauit deum dicens. Vere hic homo
iustus erat. Et omnis turba eo
rum qui simul ad erant ad specta
culum istud et videbant que fie
bant percutientes pectora sua reti
debantur. Stabant autem noti eius
alonge et mulieres que secute e
rant eum a galylea hi videntes
ecce vir nomine ioseph qui erat
decurio vir bonus et iustus. Hic
non consenserat consilio et actibus
eorum. ab arimathia ciuitate iu
dee. qui et ipse expectabat regnum
dei. Hic accessit ad pylatum et pe
cuit corpus iesu. Et depositum
illud in volvit in sindone munda
et posuit illud in monumento ex
caso. in quo nondum quisquam posi
tus fuerat. Et dies erat parasceues
et sabbatum illucescebat. Subsequ
te autem mulieres que cum ipso ve
nerant de galylea viderunt mo
numentum et quemadmodum
positum erat corpus eius. Et
reuertentes parauerunt aromata
et unguenta et sabbato quidem
siluerunt sicut mandatum.

XXIIII

Vna autem
sabbati valde diluculo
venerunt ad monumen
tum portantes que parauerant aro
mata. Et inuenerunt lapidem
reuolutum a monumento et ingresse
non inuenerunt corpus domini ihe
su. Et factum est dum mente con
sternate essent de isto. ecce duo
viri astiterunt iuxta illas in veste
fulgenti. Cum timerent autem et de
clinarent vultum in terram dixerunt
ad illas. Quid queritis viuentem
cum mortuis. non est hic sed surrexit.
Recordamini qualiter locutus est vo
bis cum adhuc in galylea esset dicens
quia oportet filium hominis tradi
i in manus hominum peccatorum et cru
cifixi et die tertia resurgere. Et re
cordate sunt verborum eius. et re
gresse a monumento nuntiauerunt
hec omnia illis undecim et ceteris
omnibus. Erat autem maria mag
dalene et Johanna et maria iacobi
et ceteree que cum eis erant que di
cebant ad apostolos hec. Et visa sunt
ante illos tamquam deliramenta iuba
ista et non credebant illis. Petrus
autem surgens cucurrit ad monumen
tum et procumbens vidit linthe
amina solia posita. et abiit secum
mirans quod factum fuerat. Et
ecce duo ex illis ibant ipsa die in ca
stellum quod erat in spacio stadi
orum sexaginta ab iherusalem nomi
natus. Et ipsi loquebantur ad
invicem de his omnibus que ac
ciderant. Et factum est dum fabu
larentur et secum quererent et ipse
ihesus appropinquans ibat cum
illis. Oculi autem illorum tenebantur
ne eum agnoscerent. Et ait ad illos.
Qui sunt hi sermones quos confer
tis ad invicem ambulantes et estis
tristes. Et respondens unus cui no
men cleophas dixit ei. Tu solus pe